propter aliqd: ꝓpter quod aliquis honorat.
Honor eſt beneſactiue operationis ſignū: q̄ illi maxime honorantur iuſte. qui beneficia preſtiterint. ⁊ non ſolum illi ſed ⁊ qui beneficia poſſunt dare.
Multi ſine virtutib⁹ corporis lōgeui inueniunt
Conſiliū nō eſt de fine ſ; de his q̄ ſunt ad finē
Omnia bonum appetunt.
Exercitiū vt in pluribus conſeruat ſanitatem.
Cuius contrariū eſt malū illud eſt bonum.
Quicquid fuerit ſuperabundans: ⁊ magis q̄ eſſe debet hoc eſt malum.
Facilia ſunt quecūq; ſunt ſine triſticia ⁊ in modico tempore fiunt.
Si ſimpliciter ad ſimpliciter: magis ad magis maxime ⁊ maxime. ⁊ econuerſo.
Sine cauſa īpoſſibile eſt ali quid eſſe: vl' fieri.
Melius eſt ſubtiliter videre q̄ ſubtiliter odorare: quia viſus melior odoratu eſt.
Pulcrius ē eſſe amatorem ſociorum q̄ amatorem pecuniarum.
Laus ē ſermo elucidans magnitudinē v̄tutū
Multa que naturaliter non ſunt delectabilia: cū aſſuefacta fuerint: delectabilia ſunt.
Quod conſuetū ē: velut innatum eſt: quia cōſuetudo ē ſimilis nature.
Diligere delectabile ē: quia nullus amat vnū qui non delectatur in eo.
Omne conſuetum delectabile eſt.
Addiſcere aliquid delectabile ē.
Iuſtū eſt gratiā facere ei: qui gratiam fecit.
Iuſtum ē auxiliari amicis.

Secundi rhetoricorum.

Ira ē appetitus cū triſticia punitionis apparentis: propter apparētē paruipenſionem ſuipſius vel ſuorum.
Ad oēm iram ſequit̄ delectatio: propter ſpem pun̄iēdi: vnde homerus dicit quod ira dulcior ē melle ſtillante.
Infirmi: bellantes: coeuntes: amantes: ſitientes: ⁊ vniuerſaliter deſiderantes aliquid: ⁊ nō aſſequentes: hi de facili iraſcuntur.
Multum inopinatum: ſi non ſit validū contriſtati magis.
Si quis in philoſophia cupit honorari: iraſcit̄ ei: quia eam deſpicit.
Manſuetudo eſt quietatio ire.
Obliuio ſignū eſt paruipenſionis: ⁊ ꝓpterea factiua eſt ire.

Nullus ſeipſum paruipendit.
Seruos negantes ⁊ contradicentes: magis flagellamus.
Manifeſta negare irreuerentia ē.
Tempus quietat iram.
Amare ē alicui velle bona ipſius gratia.
Amicus ē qui amat: ⁊ econuerſo amatur.
Amicus gaudet bonis: ⁊ condolet triſtibus amici ſui.
Signū volūtatis ſunt delectationes ⁊ triſticie.
Ira factiua ē inimicicie ⁊ odij.
Laudare preſentem adulatoris eſt.
Aliena propria ſui narrare dicit̄: iactātia ē.
Turpe ē ignorare: q̄d omnib⁹ ſcire conuenit.
De ē malū erubeſcibile eſt: de bono aūt ope ual lū erubeſcibile eſt: vel null⁹ erubeſcere d;.
Separari ab amicis ⁊ conſuetis miſerabile ē.
Magis contriſtantur qui nuper ſunt ditati ꝓpter diuitias ſi puniantur: q̄ qui diuites ſunt ab antiquo.
Similis inuidet ſimili: ſi in hoc q̄ ſimiles ſūt: vnus excedit aliū: vnde figulus odit figulū.
Plura eoꝝ que fiunt mala ſunt: quia multa veniunt in deterius.
Nobilitas ē progenitorum.
Nobilitas ſiue nobile attenditur ſm virtutē generis generoſum vero a natura.
Multi ſunt qui indigent habentibus.
Peiores ſunt nuper ditati: q̄ ditati ab antiq̄.
Si ſine arte ⁊ propter actionē aliquid fieri poſſibile ē: magis per artem ⁊ curam ⁊ cauſā poſſibile eſt fieri: vnde vbi philoſophus fuerīt preſes ibi felix eſt ciuitas.
Impie agunt qui dicunt fieri deos: ⁊ qui dicunt eos mori.
Nihil eſt ſine cauſa.
Omnis fur malignus eſt.

Tertij rhetoricorum.

Quod mirabile eſt: delectabile ē.
Contraria iuxta ſe poſita magis apparent.
Honeſtas ⁊ turpitudo nominis: vel ē in ſignato vel in ſigno.
Qui ſpoliant mortuos aſſimilantur canibus: qui mordent lapides.
Infinitum non ē ſcibile.
Omnia terminantur numero.
Quod breuius eſt ſemper delectabile eſt.
Intellectus ē lumen: q̄d deus infundit aīe.